



I. N. J.

§. 1.



Fontium & aquarum origines, Genera-
causas, contenta, atq; exinde in-^{lis cau-}
finite profluentes varias proprie-^{farum}
tates explorare, res maximi est ^{fontium}
momenti, ac tanto quorundam ^{& aqua-}
fontium aquarumque investi-^{rum}
gatio est difficilior, quanto ma-^{perscruta-}
gis intimi causarum Thalami sunt inaccessi, quinimo
quo magis fontes & aquæ externe meram simulant
simplicitatem, eo magis interne salium, succorum,
mineralium vel metallorum spirituosos vapores sæ-
pius recondunt.

§. 2. Fontium aquarumque vero inaccessi ac
reconditi causarum Thalami consistunt in efficiente,
universali Dei potentia; & media, scilicet creata na-
tura, sive igne vitali, potenti spiritu, sive anima ignea,
à Raymundo Lullio sic dicta, quæ terræ æque ac re-
liquis elementis concredita, eam reddit vivam, ne tan-
quam